

tum diligi oportet. Nam si (ut dicit Apostolus) membra alterutrum sumus, puto quod hunc affectum erga proximos habere debeamus: ut eos non quasi aliena corpora, sed veluti membra nostra diligamus. Secundum hoc ergo, quod membra nostra invicem sumus, etiam erga omnes habere dilectionem similemque conveniet. Secundum hoc vero quod sunt in corpore aliqua membra honorabiliora, & honestiora, alia vero dishonestiora & inferiora: puto quod rursum pro membrorum meritis, & honore etiam dilectionis librari debet modus. Si quis ergo rationabiliter cuncta agere secundum verbum Dei, ac fuos etiam affectus temperare proponeat: puto quod erga singula ordinem charitatis, & scire debeat & teneat. Verum ut apertius fiat quod dicimus, paulo evidentioribus utamur indicis. Si quis (verbi gratia) laboret in verbo Dei, atque animas nostras instruat & illuminat, viam salutis doceat, vivendique ordinem tradat: non tibi videtur & hic proximus esse quidem, sed multo amplius alio proximo diligendus, qui horum odio egerit: Nam & si ille quidem diligendus est, pro eo quod membra unius corporis sumus, uniusque substantiae: sed hic multo amplius, qui cum jux proximi nobiscum habeat, quod & ceteri homines habent: dat tamen hanc maiorem charitatis erga se causam, quod viam Dei offendit, & anima salutem, divini verbi illuminationibus confert. Quod si aliquis me errant, & in precipiti possum muliebris peccati, ad lucem revocet veritatem: & de ipso jam interruerit, ac retrahat ad salutem: atque ex ipsis fauibus aeterna mortis eripiat: non tibi videtur quod illa ipsa (si fieri potest) pleniuscharitatis, qua Deum diligimus, diligendus sit post Deum? Et ne putes quod nos ita presumamus, audi Apostolum Paulum de his qui in Verbo Dei laborant dicentes: ut superabundanter habeatis in charitate eos qui in hujusmodi sunt propter opus ipsorum. Videamus & alium adhuc ordinem charitatis, ejus duntaxat quae erga proximos habeti jubetur. Si sit non habens quidem docendi vel instruendi gratiam, neque verbum Domini praedicandi: sed tamen sancte vita vir, innocens, immaculatus, & qui in justificationibus, & mandatis Dei ingredietur sine querela: videtur ne tibi talis hic vir in eodem charitatis ordine habendus, quo ille qui nihil horum agit: quandoquidem uterque proximus dicitur? Nonne & hic propter opus suum, & vita meritum (secundum Apostoli dictum) similiter ut ille qui in verbo Dei laborat, superabundantius habendus est in charitate, propter opus vita sua? Est adhuc aliisordo charitatis. Jubemus enim & inimicos nostros diligere. Sed vivendum si etiam in ipsis unus solus modus erit dilectionis? Sed ibi habebit locum sermo iste qui dicit: Ordinate in me charitatem. Puto ergo quod in his sit ordo charitatis. Verbi gratia: Si peccatori tu afflitis, & ei quem odit Dominus amicus es. Quia utique hanc habent absolutionem, quam & illud quod dicitur est: Honora patrem tuum & matrem tuam. Et iterum: Qui non odit patrem, & reliqua: in quo profecto nimetas charitatis, in Deum his qui adverfiantur, contrarium videtur generare affectum, dum nulla potest esse consonantia luci & tenebris, & Christo cum Belial, nec eadem portio esse fidei cum infidelis. His ergo ut potius de charitatis ordinibus expositis, pater, ad intelligendum quid sit quod possit sponsa, id est, Ecclesia, vel anima tendens ad perfectiōnem, praefarsi sibi ab amicis sponsi: quoniam introduci se popolcerat in domum vini, ubi sine dubio intellegerat in omnibus his quae viderat, eminere & præcellere gratiam charitatis: & ipsam didicerat majorem omnium solamque illa charitatem quae nunquam cadet: ideo deposita ut ordinem eius dicit: ne forte aliquid inordinatum faciens, vulnus ab eo aliquod accipiat, ut in posterioribus dicitur: Vulnerata charitatis ego sum. Ea autem sive ad angelos dici accipiamus, a quibus se instrui postulat & maniri, nihil absurdum videbitur: secundum hoc quod de populo dicitur: Læramini gentes cum populo ejus, & confortent eos omnes Angeli Dei. Et ut in aliis dicitur: Circundat Angelus Domini in circuitem timentium eum, & eriperit eos. Et item alibi: Nolite contemnere unum ex ministris istis, qui in Ecclesia sunt: quia angeli corum semper vident faciem patris mei, qui in celis est. Sed & in Apocalypsi Joannis, Angelo Thyatirenensi testimonium dat Filius Dei pro charitate, quam ordinavit angelus ipse in Ecclesia sibi commissa. Sic enim scriptum est: Scio opera tua, & charitatem tuam, & fidem, & ministerium, & patientiam: & opera tua novissima majora quam priora. Sed & si ad Prophetas haec referamus, qui ministraverunt Verbum Dei ante adventum sponsi: ut per ipsorum

rum doctrinam videatur Ecclesia velle ordinem differe charitatis, id est, Propheticis instrui voluminibus, non videbitur absurdum. Sed & omnes sancti, qui de hac vita descesserunt, habentes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere salutis eorum, & juvare eos precibus suis atque interventu suo apud Deum, non erit inconveniens. Scriptum namque est in Machabeorum libro ita: Hic est Jeremias Propheta Dei, qui semper orat pro populo. Sed & ad Apostolos haec dici (ut supra iam dixi) non videbitur alienum. Per hos enim omnes Ecclesia Dei, vel anima quarvens Deum introducitur in dominum vini, ut supra diximus, & aromatibus atque odoribus repletur, & componitur in melius, sicut in posterioribus legimus, & edocemur omnem ordinem rationemque charitatis. Confirmate me in unguentis, stipe me in malis: quia vulnerata charitatis ego sum. In Graeco quidem habetur: Confirmate me myrris: myrra genus quoddam arboris nominans, quod Latini putantes myrra dictum, unguenta interpretari sunt. Igitur ordo fermonis hujusmodi est. Posteaquam sponsa, & verba ex ore ipsius audivit, & cubiculum regis ingressa est, & dominum vini locumque convivii ac sapientiae, & in eo viuimus & craterem mixtum sacramentis ejus aspexit, quasi in horum omnium admiratione stupens & sauciata, postulat ab ipsius nihilominus amicis & sodalibus sponsi, ut confirmetur, & quasi deficiens sustentetur, incumbens paululum super arborem myrrae, vel meliam. Amoris enim vulnera percussa, arborum solertia sylvarumque sectatur. Haec secundum literam. Sed ex his ut exequi possimus intelligentiam spiritualem, indigemus illa gratia, quam consequi à Deo meruit ipse Salomon, qui omnium que sunt radicum, & arborum, & virgultorum naturas didicit: ut sciremus & nos que vis, & que natura sit arboris mythrae, quo competenter ex hac spiritualis aptari possit expositio. Hoc est autem quod solum pervenire ad nos hujus arboris notitia potuit: quia odorem solum habeat suavem, nullum tamen afferat fructum. Melia vero arbor, notum cunctis est, quod non solum ferat fructum, sed & dulcisimum, & suavisimum ferat. Omnes igitur homines arbores dicuntur, sive bone sive male, & fructuosa sive infructuosa: sicut & Dominus in Evangelio dicit: Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum. Et omnis arbor qua non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Tres ergo differentiae in hominibus videntur esse. Quidam qui omnino nullum fructum afferunt, & ecce alii qui afferunt. Sed in his qui afferunt, aut mali sunt fructus, aut boni. Hic ergo sponsa, id est, Ecclesia Christi, confirmari se postulat, & reclinari quidem super unam arborem meliam, afferentem fructus bonos, & recte ac competenter. Super his enim confirmatur & stipatur Ecclesia, qui in bonis operibus fructificant & crescunt. Quid autem est quod in myrris, infructuosis scilicet arboribus, confirmari vult odore solo gaudentibus. Ego puto quod istos qui solo odore gaudent, & necedum fructus fidei afferunt, illlos dicat quos Paulus ad Corinthios scribens dicit: Qui invocant nomen Domini Dei nostri Jesu Christi in omni loco ipsorum & nostrorum. Pro eo ergo quod invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, habent in membris odoris quamdam ex ipsa invocatione nominis suavitatem. Pro eo vero quod non cum omni fiducia, & libertate accedunt ad fidem, nulli fidei afferunt fructus. In loco hoc possumus nos catechumenos Ecclesie intelligere, super quos ex parte aliqua confirmantur Ecclesie. Habent enim & in ipsi non parum fiducia, & spei plurimum, quod & ipsi fiant aliquando arbores fructifer, & plantentur in paradiso Dei ab ipso agricola patre. Ipsa enim est qui plantat hujusmodi arbores in Ecclesia Christi, que est paradisus deliciarum: sicut & Dominus dicit: Omnis plantatio quam non plantavit pater meus celestis, eradicatorum. Stipatur ergo Ecclesia, & inter melias & super ipsas requiescit. Quae meliae illæ putande sunt anima, quae quotidianus innovantur ad imaginem ejus qui creavit eas. Quia enim per innovationem sui, imaginem reparant Filii Dei, merito & ipsæ arbores meliae appellantur: quia & ipsi sponsi earum in superioribus dictis est, sicut arbor melia est in lignis sylva. Et ne mireris si idem ipse, & arbor vita & diversa alii dicatur, cum idem & panis verus, & vita vera, & Agnus Dei & multa alia nominetur. Omnia namque haec verbum Dei unicuique efficit, prout mensura vel desiderium participantis exposcit: secundum quod & manna, qui cum esset unus cibus, unicuique tamen desiderii sui reddebat

& incorporeis sentiamus. Nam sicut is qui amatorem dicit se esse pulchritudinis sapientia, hoc ostendit quod naturalem qui in le est charitatis affectum ad studia transtulerit sapientia: ita & hic sponsa deposita, vel anima vel Ecclesia, ut sponsus suus qui est verbum Dei lœva quidem sua caput ejus sustenteret, dextera vero ejus eum reliquum complectatur & constringat corpus. Est autem lœva, in qua sapientia divitias continere & gloriam dicitur. Quas autem habet divitias Ecclesia, & quam gloriam, nisi illas quas accepit ab eo qui eam dives est, pauper factus est: ut illius paupertate Ecclesia fieret dives? Quæ autem est gloria illa? Sine dubio, de qua dicit: Pater clarificat filium tuum, passionis sine dubio gloriam designans. Fides ergo passionis Christi, gloria & divitiae Ecclesia sunt: quæ in lava ejus continentur. Lœvam autem puto verbum Dei hoc modo debere intelligi, quoniam quidem sunt in eo quidam dispensationes ante incarnationem gelt. Sunt vero aliqua, & per incarnationem. Illa pars verbi Dei quæ ante assumptionem carnis in dispensationibus peracta est, dextera potest videri: hac vero quæ in incarnationem finaliter appellari. Unde & sinistra divitiae & gloriam habere dicitur. Per incarnationem namque divitiae & gloriam quæsivit, omnium scilicet falutem. In dextera autem longitudine vita est dicitur, per quod sine dubio illa ejus pars que in principio apud Deum Deus erat verbum, sempiternitas indicatur. Hanc ergo lavam Ecclesia, cuius Christus est caput, optat habere sub capite suo, & fide incarnationis ejus caput suum muniri. Dextera vero ejus amplecti: id est, illa agnoscere & de illis instrui, quæ ante hujus quoque per incarnationem gesta dispensationis tempus in arcans habentur & recordantur. Dextera namque ibi putanda sunt omnia: ubi nihil de peccatorum miseriis, nihil de fragilitatis lapsi continetur. Hic vero lœva, ubi vulnera nostra curavit, & peccata nostra portavit: factus etiam ipse pro nobis peccatum & maledictum. Quæ omnia quævis caput & fidem sustentant Ecclesia, merito tamen sinistra verbi Dei appellabuntur: in quibus aliqua etiam propter illam naturam quæ tota dextera est, & tota lux est splendor & gloria, pertulisse memoratur. Adjuravi vos filie Jerusalēm in virtutibus & in viribus agri, si elevaveritis & suscitaveritis charitatem quoadulce velit. Sponsa adhuc ad adolescentulas loquitur, provocans eas & exhortans, imo & adjurans per ea quæ eis chara esse novit & amabilia: ut si forte elevere cœperint charitatem, jacente quippe in eis, & excitare eam, utpote adhuc dormientem apud eas: intantum element eam & intantum sustentent, inquantum voluerit sponsus: nec minus aliquid in ea agant quam voluntas ipsius patitur. Hæc est enim amans sponsa perfectio, ut nullo velit contra animū & voluntatem ejus fieri quem diligit. Et ut hoc non negligenter aut negligenter agant, per virtutes agri, id est, per plantariora & virgula quæ in agro sunt, & per vires ejus, sine dubio per ea quæ in eo sata sunt adjurantur. Tali ordine talique verborum compositione, textus historici dramatis dirigitur. Nunc jam quid arcani intrinsecus contegit, requiramus. Omnis anima, præcipue quæ filia est Jerusalēm, habet aliquem agrum proprium, qui ei secreta quadam per Iesum meritorum forte delatus est: sicut fuit & ille ager Jacob, cuius suavitate permotus Isaac Patriarcha mylticis aiebat eloquens: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni cui benedix Dominus. Habet ergo unaquaque anima (ut diximus agrum suum. Vita namque & conversatio ejus, ager est ejus. In hoc agro anima quæ diligens & studiosa est, satis agit & studet plantare bonos sensus, & omnes excolare animi virtutes, non solum autem animi virtutes, sed & vires operum, quibus videlicet impleri possunt ministeria mandatorum. Estergo (ut diximus) unicuique animus suis ager, quem colit & plantat & seminat, secundum hanc quæ diximus. Est autem & omnium simili filiarum Jerusalēm unus quidem & communis ager, de quo Paulus agit: Dei agricultura effis. Quem agrum, commune exercitium Ecclesiastice fidei & conversationis accipiamus: in quo certum est virtutes inesse colestes, & vires spiritualium gratiarum. Una enim unaquaque anima quæ nunc filia Jerusalēm hic appellatur, sciens quod matrem habeat Jerusalēm celestem, conferat aliquid necesse est ad agrum hunc excolandum, & celesti eum possefione dignum cupiat effici. In istius ergo agri virtutibus, elevati charitatem Christi, & excitari ab adolescentulis, & initia fidei habentibus, protœstatur Ecclesia: & dicit ad eas, Si levaveritis, & excitaveritis charitatem quoadulce velit: hoc est, si jam ad hoc venieritis, ut incipiatis agi non spiritu timoris, sed ad-

peracta. Ostenduntur etiam signa Veris & æstatis, sicut in psalmis dictum est: Astatem & Ver, ta fecisti ea. Inde deinde & flores profectum protulit Ecclesia, tentationibus superatis, & putationis dispensatione transfacta, sicut in his locis cum ad hæc diffusa ventum fuerit, ostendetur. Ecce hic veniet saliens super montes, transiens super colles. Historicum ordinem jam profecti sumus. Nunc autem quomodo Christus ad Ecclesiam veniens saliat super montes, & exiliat super colles, videndum est. Exilium enim magis quam transfilium, propositi sermonis proprietas habet. Iacob enim ambulans & progrediens, major siebat, usquequo fieret magnus valde. Paulus autem non iam ambulando profecit, sed curiendo, cum dicit: Cursum consummavi. Salvator autem noster & Ecclesia sponsus, neque ambulare, neque turre, sed super hæc salire dicit & exilire. Si enim confideres quomodo parvi temporis spatio, occupatum falsis superstitionibus mundum sermo Dei percurrit, & agnitionem veræ fidei revocavit, intelliges quomodo saliat super montes, magna via delicit quæque regna saltibus suis superans, & ad recipientem cognitionem divine religionis inclinans, & exiliat super colles, cùm etiam minora regna velociter subjugat, atque ad pietatem veri cultus adducit: & sic de loco ad locum, de regno ad regnum, de provinciis ad provincias predicationis illustratio transiens per eum qui dicitur: Quia ab Jerusalem in circumitu usque ad Illyricum replevit Evangelium Dei: intelliges quomodo super montes saliens veniat, & exiliat super colles. Sed & alio modo potest intelligi, sicut supra jam diximus. Quoniam quidem Moyles de ipso scriptus, & Prophetæ nihilominus de ipso annunciarunt. Sed & hæc annunciatio in lectio veteris testamenti velamen habet superpositum. Ubi vero sponsus, Ecclesia scilicet ad eum converte, ablatum est velamen: subito videt eum in istis montibus, legis duntaxat voluminibus salientes, & in collibus scripture propheticæ, pro evidenti manifestatione non tam apparentem quam exiliente. Verbi gratia, quasi si revolvens singulas prophæticæ lectio paginas inveniat de ipsis exilientibus Christum, & per loca singula lectio ablatu nunc demum quo prius tegebatur velamen, ebullire eum cernat & emergere, atque evidenti jam manifestatione prorumpere. Ob hoc credo, & ipse Jesus cum ad transformandum se venit, non in aliqua planitiæ aut convallie fuit, sed montem concedit, ubi & transformatus est: ut scias eum semper in montibus aut in collibus apparere, & ut te doceat ne usquam eum nisi in legis & Prophetæ montibus quæras. Quod autem sancti quæque montes appellantur, mulis scriptura locis invenies indicari, sicut aut in psalmis: Fundamenta eius in montibus sanctis. Et iterum: Levavi oculos meos in montes, unde venit auxilium mihi. Auxilium namque in tribulationibus, ex scripturarum diuinarum sensibus capimus. Postmodum adhuc & montes in quibus salire verbum Dei dicuntur, & quasi liberus efferrit, novum accipere testam̄tum. Colles vero, de quibus quasi diu compressus & occultatus exilis, veteris testamenti sentire volumina. Sed & apud Jeremiam venatores & pifatores qui mituntur capere homines ad salutem, in montibus & collibus eos capere dicuntur. Sic enim ait: Ecce mittit multis pifatores, & multos venatores vocem ejus: & cum audierimus eum in omnibus, tunc etiam eum videre poterimus, secundum ea quæ in praefecto loco vidile describitur sponsa. Nam & ipsa quævis & prius eum viderit, non eum tamen ita viderat, ut nunc salientes super montes, & exultantes super colles: neque per fenestræ suas procumbentes, neque per retia propescientem; sed magis videtur quod prius hyems tempore eum viderit. Nunc enim primum dicitur: Quia hyems transit. Igitur (ut res indicat) etiam per hyemem sponsa sue appetit: id est, tribulationem & temptationem tempore. Sed & alia est illa visitatio, in qua visitat paululum: & iterum deseritur, ut probetur: ac rufus requiritur, ut caput ejus sustentetur, & ut tota complectatur, ne forte aut in fide tituber, aut corpus ejus tentatione pondere prægravetur. Et ideo videtur mihi hyems fuisse illud tempus, cum caput suum, fidei scilicet summitem, leva sponsi continet poscebat, & dextera ejus omne corpus amplecti. Nunc autem ista visio quæ de montibus apparet, & collibus, gratiarum puto spiritualium altitudines potentiasq; designat. Sed & per fenestræ quæd prospicere dicitur, sensibus mihi lumen videtur præbere. Et retia quæ dirupunt & conterit, laqueos indicari diabolicos puto: utpote temptationum tempore, tanquam hyeme jam